

FERIA QVARTA

561

post Judica Iohannis. X.

In illo tempore Facta sunt encænia Hic
Ierosolymis, & hyems erat. Et ambulabat Ie-
sus in tēplo in porticu Salomonis. Et rel.



Encaenia autem vocabatur solennitas dedicationis templi, quam populus dei ex antiqua patrum traditione, per annos singulos celebrare consueverat. Sed notandum est, quod haec encænia, quæ huc leguntur, non ad primam templi dedicationem, sed ad ultimam pertinet, quod ex eo facile colligitur, quia hyeme facta referuntur. Prima siquidem eiusdem templi dedicatio a Salomone tempore autuni, sed aucta a Zorobabel & Iesu sacerdote tempore uerno, tertia a Iuda Machabæo tempore hyemis est facta, quia specialiter constitutum esse legitur, ut eadem dedicatio per omnes annos in memoriam solenibus reuocaretur officijs, quam etiam ad tempus usq[ue] dñicae incarnationis obseruaram fuisse, sicut modo, cum legeretur euangelium, audiuiimus. Quæ etiam dedicatio, salubri consuetudine, in ecclesiis Christi reseruari moderno tempore dinoſcritur. Considerandum nobis est, quare euangelista dixisset, haec encænia hyemis tempore facta esset. Omino propter duritiam Iudeorum & infidelitatem,

nn

quæ frigoris nomine sepe designati legitur. [Et am
bulabat Iesus in templo in portico Salomonis.] Si er-
go dei filius ambulare voluit in templo, in quo caro
& sanguis brutorum animalium osterebatur, multo ma-
gis nostræ oronis domum, ubi carnis ipsius ac sanguini
sacramenta celebrantur, visitare gaudebit. Si peram-
bulare non despedit porticu, in qua rex quondam mor-
talis ac terrenus quavis potestissimus ad orandum sta-
re solebat, quanto magis penetralia cordiu nostre
inuisere, atque illustrare desiderat, si tamen ea porticu
esse Salomonis, hoc est, si ea timore suum, qui est ini-
tiu sapientiae, habere perspiceret. Negat enim putandum
est, quia domus solummodo sit, in qua ad orandum
uel ad mysteria celebranda conuenimus: multo am-
plius templum eius appellamus & sumus, cum mani-
feste dicat Apostolus: Vos estis templum dei niv, sicut
dixit deus: Inhabitabo in eis, & inter illos ambulabo.
Ostendit uero euangelista cur dixisset hyemis tem-
pore, dum ingt: Circundederunt eum Iudei.
Circundederunt itaque eum tentationis gratia, non ue-
ritatis agnoscenda uoluntate. Et dicebant: Quo-
usque anima nostrâ tollis? Sit ues Christus,
dic nobis palam. Hec uero non uoluntate fidei in-
quirendo, sed illi quem interrogabant infidiando, et
calumniam instruendo dicebant, ut inuenirent quo
accusarent cum, nolentes eum credere deum, sed hoiem
purum tantummodo futurum, & regem ceteris omni-
bus excelsiore esse uenturum. Quia etiam demen-
tia posteri eorum usq; in praesens, & donec Antichri-
stum pro Christo suscipiant, errare non cessant. Et si
se Christum esse renderent, cogitabant eum tradere po-
testati praesidis puniendum, quasi contra Augustana

p. Corin. 6

repugnās, illicitū sibi usurparet imperiū. Sed ipse nostrae saluti cōsulens, & p̄ter quos h̄c scribenda erāt, ita responsum tēperauit suum, ut & calumniantium ora concluderet, & quia Christus est, fidelibus apta uoce pāderet. Illi eñ de homine Christo quārebāt, ipse autē diuinitatis suæ, qua æqualis est patri, palam mysteria narrat. Quid ergo Iudæi circundantes dñm dixerunt, uideamus. [Quousq; (inquiunt) animā nostram tollis? Si tu es Christus, dic nobis palam.] Non uenit Christus in se credentibus animam tollere, sed animam uiuificare. Sed ipsi sibi Iudæi animā per insūlitarē tulerūt, qui tentare Christum, nō in Christum credere congregati sunt. Respondit eis Jesus: **L**oquor uobis, et non creditis. Proprie ostendit, quis esset dum dixit: [Loquor uobis,] id est, uerbum dei, coæternū patri, [quia opa quæ ego facio in nomine patris mei, h̄c testimonium perhibent de me.] Quod est filius dei, qui gloriam suā non quæsivit, sed eius qui misit illum, quia una est gloria patris & filij. Sed hanc fidem corda infidelium accipere nequiuierunt, de quibus ait: **S**ed vos nō creditis. Causamq; reddit, cur nō crederent: **Q**ui a nō estis ex ouibus meis. Oues sunt credendo, oves sunt pastorē sequēdo, oves sunt redemptorē nō contemnendo, oves sunt per ostium intrando, oves sunt excundo, & pascua inueniendo. Quō ergo istis dixit, [nō estis ex ouibus meis?] **Q**ui a uidebat eos ad sempiternam futuros perditionem, nō ad uitam æternā sui sanguinis precio comparatos. [Oves meæ uocē meam audiunt, & ego cognosco eas, & sequunt̄ me, & ego uitam æternā do eis.] Dicit eñ cognosco eas. Consuetudo sanctæ scripturæ est dicere, deum nosse.

2. **Timo. 2.** quicquid eligit, Apostolo dicente: **Nouit dñs q̄ sunt eius:** & illud nescire, quod non approbat dignū uiræ **eternæ.** **Vnde ad impios dicturus erit: Nō nouiuos.**
Matth. 7. Sequitur de ouibus: **Et ego ritā eternā do eis.** Hæc sunt pascua q̄ superius promisit ouibus suis, ubi nulla herba arescit, totū uirer, totū uiger, totum integrum permanet: & quicquid semel accipit, semper habetur. **Et nō peribunt in eternum.** Hic subaudient dū est, quō uos peribitis qui non estis ex ouibus meis. **Et non rapiet eas quisquam de manu mea,** id est, de potestate mea. **Pater meus quod dedit mihi maius omnibus est.** Quod dedit pater filio, maius omnibus est, ut ipse illi esset unigenitus filius, & equalis & cōsubstantialis. Quid est quod dedit? **Vtq̄ gignendo dedit,** quia non minorem sibi genuit, non tempore posteriorē, sed coeternum, sine initio temporis semper deum. **Non est dicendū,** non erat anteq̄ natus erat: nunq̄ em̄ non natus erat, qui patri coeternus erat. Qui sapit, capiat: qui non caput, credat. Nutriatur fide, ut possit capere uerbum dei, quia uerbum filius. Semper ergo filius, & semper & equalis. **Nō qm̄ crescedo,** sed nascendo & equalis est, qui semper natus de patre filius, de deo deus, de eterno coeternus. Pater autem non de filio deus, filius de patre deus. Ideo deus pater, ideo gignendo dedit ut deus esset, gignendo dedit ut & equalis esset: hoc est, quod maius est omnibus. Ideo transcendit iste Iohannes omnes altitudines creaturarum, & millia exercitus angelorum, & magna omnia, peruenitq; ad illud, quod maius est omnibus, & dixit: In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum. Hoc est quod maius omnibus est, i. ut sim uerbum eius, ut sim unigeniti

POST IUDICA

569

ius filius eius, ut sim splendor lucis eius. Ideo nemo rapit oves de manu mea, & nemo potest rapere de manu patris mei. Manus p̄t̄s & manus filij, una manus, i.e. una potestas, una diuinitas, una maiestas, una eternitas, una æqualitas. Quam uidelicet æqualitas ipse dñs in diuinitate habuit, priusq; mundus esset apud patrem, ipse in humilitate ex tempore incarnationis accepit. Et nemo potest rapere de manu patris mei. Aperte dat intelligi, unā a cōfūndissimile esse manū, hoc est, virtutē suā & patris, atq; ideo se Christum esse credendū, qui non sicut ceteri sancti factus p̄ grazia ex tempore, sed uerus semper exiterit filius dei, qđ tuā sequēti sentētia luce clarius aperit, dicēs: Ego & pater unū sumus. Vnū (inquit) sumus, una nobis substatia, una est diuinitas, una est eternitas, pfecta æqualitas, dissimilitudo nulla. Quibus pfecto uerbis nō prætentem solummō iudeorum quæstionem, quā, an ipse est Christus, interrogabant, explicauit, sed etiā hæreticos perfidiam, quā futurā præuidit, quan tū sic execranda, monstrauit. Conticescat Sabellius, audīes, Ego & pater, qui unā personā patris & filij prava doctrina disserunt. Nā, & ego & pater, duę personā, item erubescat Arius, audiens, unum sumus, qui duas naturas in paire & filio astruit, dum unum, unam naturā significat, sicut sumus, duas personas. Sequamur apostolicā idē, quā beatus Petrus princeps apostolorū confessus est: Tu es Christus filius dei uiui. In Matth. 16 dei uidelicet uerba dñi audientes, hucusq; festinauerunt. Dum uero ait: [Ego & pater unū sumus,] non pertulerūt, sed more suo duri ad lapides cucurrerūt, sicut euangelista dicit: Tulerunt lapides ut lapidarent eum. Dominus non patiebatur, quod nolle

nn ij

bat pati: & non est passus, nisi qd uoluit pati. Adhuc eos lapidare cupientes alloquitur. Sustulerunt lapides Iudæi, ut lapidarent eum, Responde eis Iesus: Multa bona opera ostèdi vobis à patre meo, propter quod eorum opus me lapidatis! At illi responderunt: De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia. & quia tu homo cùm sis, facis reipsum dñi.] Ad illud responderunt quod dixerat: [Ego & pater unum sumus.] Ecce Iudæi intellecerunt, quod Arriani nō intelligunt. Ideo enim irati sunt, qm̄ senserunt non posse dici, Ego & pater unū sumus, nisi ubi æqualitas est patris & filii. Deus autē, uidete, quid rñderit prauis. Videt eos nō ferre splendorē ueritatis, & eos tentauit in uerbis: Nōne scriptum est in lege vestra i. nobis dara. Nuia ego dixi, dñi estis. Deus dicit p Prophetam in psalmo omnibus: Ego dixi dñi estis, Et legem appellauit dñs generaliter oēs illas scripturas, quāuis alibi specialiter dicat legē, à pppheris eā distinguens, sicut ē: Lex & pphteræ usq; ad Iohannē. Et iter, In his duabus p̄ceptis tota lex pendet & pphteræ. Aliqñ autem

Zucç. 16
Matth. 22

Zucç. p̄t. in tria distribuit easdē scripturas, ubi ait: Oportebat impleri oīa q̄ scripta sunt in lege Moysi, & ppheris, & psalmis de me, Nunc uero etiā psalmos legis noīe nūcupauit, ubi scriptū est, Ego dixi dñi estis. [Si illos dixit deos, ad quos sermo dei factus est, & nō potest solui scripture, quē pater sanctificauit, & misit in mundum? uos dicitis, q̄a blasphemas, quia dixi, filius dei sum?] Si sermo dei factus ē ad hoīes, ut dicenter dñi, ipsum uerbū dei quidē apud dñm, quō nō est deus? Si p sermonē dei fiunt hoīes dñi, unde participāt non est deus? Si lumina illuminata dñi sunt, lumen qd illu-

PROPOST IUDICA 567

minat quod non est deus? Si calefacti quodammodo
igne salutari dij efficiunt, unde calefunt non est deus?
Accedis ad lumen, illuminaris, & inter filios dei nu-
meraris: si recedis a lumine, obscuraris & in tenebris
cōpuraris. Illud tamen lumē non accedit ad se, ga non re-
cedit a se. Si ergo uos deos fecit sermo dei, quod non
est uerbum dei pris? Ergo sanctificauit filium suū, &
misit in mundū. Forte aliquis dicat, Si pater eū sancti-
ficauit, aliquā non sanctus fuit. Ad qđ dicendum: Sancti-
ficauit, quod genuit eū, ut sanctus esset. Gignēdo ei de-
dit, quia sc̄m genuit eum. Nā si qđ sanctificatur, an-
tenon erat sanctū, quod dicimus deo patri, sanctificest
nomen tuum? **S**inon facio opera patris mei,
nolite credere mihi. **S**i cū facio, tū simibhī
ulti credere, operibus credite, ut cognoscatis & cre-
deris, quia in me est pater, & ego in patre.] Nō enim
filius sic dicit, [in me est pater, & ego in illo] quod
posunt dicere homines. Si em̄ bñ cogitemus, in deo
sumus. & si bene uiuamus, deus in nobis est. Fideles
em̄ participantēs eius gratiam, & illuminati ab ipso,
in illo sumus, & ipse in nobis: sed non sicut unigeni-
tus filius ille in patre, & pater in illo, tanquā æqualis
in eo, cui est æqualis. Deniq; nos aliquā possumus di-
cere, In deo sumus, & deus in nobis: non autē possu-
mus dicere, Ego & deus unum sumus. Nonne possu-
mus dicere, In deo es, ga deus te cōtinet? Deus est in
te, ga templū dei factus es? Sic. Sed nunquid quia in
deo es, deus es? uel qā in te deus est, potes dicere, qui **Johan. 14.**
me uidet deū uidet, quod unigenitus dixit: Qui me ui- **Johan. 10.**
der, uider & patrē: Et iter, Ego & p̄ unū sumus? Nō.
Agnosce p̄ priū dñi, & munus serui. Propriū dñi est,
æq;itas pris: munus serui ē, participatio saluatoris.

nn iij